


# AD VIGILIAM PASCHALEM IN NOCTE SANCTE


## CANTICA POST LECTIONES

POST I LECTIONEM *Ps. 99, 2. 3*




*Iu-bi-láte* Dómino omnis | **ter-ra**: \*  
servíte Dómino | in læ-**tí-ti**-a.  
∩. In-tráte in conspéctu | **e-ius**, \*  
in exsul-|ta-ti-**ó**-ne.  
∩. Scitóte quod | **Dó-mi-nus** \*  
i-|pse est **De-us**.  
∩. Ipse fecit nos, et non | **i-psi** nos: \*  
nos autem pópulus eius, et oves pá-|scu-æ **e-ius**.

POST II LECTIONEM *Ps. 124, 1. 2*




*Qui con-fídunt* in Dómino, sicut mons | **Si-on**: \*  
non commovébitur in ætérnum, qui hábitat | in Ie-**rú-sa**-lem.  
∩. Montes in circúitu e-† ius:  
et Dóminus in circúitu pópuli | **su-i**, \*  
ex hoc nunc et us-|que in **sæ-cu**-lum.

POST III LECTIONEM *Ex. 15, 1. 2*




*Can-té-mus* Dómino: † glorióse enim honorificá-† tus est:  
equum et ascensórem proiécit in | **ma-re**: \*  
adiútor et protéctor factus est mihi | in sa-**lú**-tem.  
∩. Hic Deus meus, et honorábo | **e-um**: \*  
Deus patris mei, et exal-|tá-bo **e-um**.  
∩. Dóminus cónterens | **bel-la**: \*  
Dóminus no-|men est **il-li**.

POST IV LECTIONEM *Ps. 116*



*Lau-dá-te* Dóminum, omnes | **gen-tes**: \*  
et collaudáte eum, | o-mnes **pó-pu**-li.  
∩. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia | **e-ius**: \*  
et véritas Dómini manet | in æ-**tér**-num.

## POST V LECTIONEM Is. 5, 1. 2



*Ví-ne*-a facta est di-|lé-cto \*

in cornu, in |lo-co **ú-be**-ri.

☩. Et maceriam circúmdedit, et circumfó-† dit:


et plantávit víneam |**So-rec**, \*

et ædificávit turrim in mé-|dī-o **e**-ius.

☩. Et tórcular fodit in |**e**-a: \*

vínea enim Dómini Sábaoth, domus |Is-ra-**el** est.

## POST VI LECTIONEM Deut. 32, 1–4



*At-tén*-de cælum, et |lo-quar: \*

et áudiat terra verba ex |o-re **me**-o.

☩. Exspectétur sicut plúvia elóquium me-† um:

et descéndant sicut ros verba |**me**-a, \*

sicut imber |su-per **grá-mi**-na.

☩. Et sicut nix super |**fe**-num: \*

quia nomen Dómini |in-vo-**cá**-bo.

☩. Date magnitúdinem Deo no-† stro:

Deus, vera ópera |**e**-ius,\*

et omnes viæ e-|ius iu-**dí**-ci-a.

☩. Deus fidélis, in quo non est in-|í-**qui**-tas: \*

iustus et |san-ctus **Dó-mi**-nus.

## POST VII LECTIONEM Ps. 41, 2. 3. 4



*Sic-ut* cervus desíderat ad fontes a-|**quá**-rum: \*

ita desíderat ánima mea |ad te, **De**-us.


☩. Sitívit ánima mea ad Deum |**vi**-vum: \*

quando véniam, et apparebo ante fáciem |De-i **me**-i?

☩. Fuérunt mihi lácrimæ meæ panes die ac |**no**-cte, \*

dum dicitur mihi per síngulos dies: Ubi est |De-us **tu**-us?

## POST EPISTOLAM [Ps. 117, 1]



*Con-fi*-témini Dómino, quóniam |**bo**-nus: \*

quóniam in sæculum misericór-|di-a **e**-ius.